



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 79. Liberior oratio Parochi ad sanctum Gervasium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

„bantur, nunquam oculi sui pupillam **Sæcul.XVI.**  
 „tetigerunt, nec unquam ecclesiastico- **A.C.1589.**  
 „rum bonorum redditus usurparunt,  
 „etiam si tum nec Occidaniam, nec  
 „Aquitaniam, nec Normaniam, nec  
 „Campaniam, nec Delphinatum, neque  
 „Provinciam suo imperio unitas ha-  
 „buissent: porro solus Carolus Martel-  
 „lus, alias tamen optimus Rex, tan-  
 „quam profanator apud omnem retro  
 „posteritatem traducebatur, eo quod  
 „Ecclesiæ bona diripere attentasset.  
 Hasce querelas Archipræsul iterabat,  
 eo quod Rex a suo Clero juxta Sixti V.  
 Bullam nuper memoratam rursus duo-  
 decies centum aureorum millia exige-  
 ret; Præsules quidem quingenta aureo-  
 rum millia Regi offerebant, petebant  
 tamen, ut alteram summæ partem in  
 præfata Bulla indultam remittere velit:  
 quapropter Rex cognita Cleri sui pau-  
 pertate nonnisi sexcenta aureorum mil-  
 lia petebat, quæ eidem quoque fue-  
 runt concessa, quo facto die septima  
 Mensis Martii conventus solvebatur.

### §. LXXIX.

#### Liberior oratio Parochi ad sanctum Gervasium.

Die prima Januarii anno Christi mil- *Journal de*  
 lesimo quingentesimo octogesimo *Henri III.*  
 nono Guincestrijus Parochus ad sanctum *t. I. p. 103.*  
 Ger-

Sæcul. XVI. Gervasium in sancti Bartholomæi festo  
A C. 1589. Parisiis sermone habito a suis Auditori-  
bus exigebat, ut sacramenti Religioni  
*Journ MS.*  
*d' Antoine*  
*Loyset.*  
fese obstringerent, quod pro ulciscenda  
utriusque Catholici Lotharingiae Prin-  
cipis in Blesensibus comitiis crudeliter  
occisi morte omnia sua bona impen-  
dere, suumque sanguinem usque ad  
ultimam guttam profundere velint:  
porro hanc in rem dexteram suam at-  
tollere omnes jussérat, ut hoc signo  
suum consensum testatum redderent:  
quod & omnes præstiterunt: cum au-  
tem Achilles Harlæus primus Præses  
tum huic sermoni præsens manum suam  
elevare nollet, Concionator sermone  
ad eum coaverso, ut ceterorum seque-  
retur exemplum, eidem præcepit. Fer-  
tur quoque, quod hic idem Præses mox  
jussis paruerit, ne plebis in eum con-  
citatæ, eo quod illum utriusque Guiſſu  
Principis neci assensisse suspicaretur, in-  
folentiis fese exponeret, præcipue cum  
ambos hosce Principes tota Parisina  
urbs veluti suos Angelos tutellares ve-  
neraretur. Præterea Pigneatus Paro-  
chus ad sanctum Nicolaum de Campis,  
cum Guisio Duci in sancti Joannis Ec-  
clesia ad forum oratione funebri paren-  
taret, ut populum ad miserationem per-  
moveret, Viduæ Ducissæ ambos Vir-  
gili illos versus accommodabat, in qui-  
bus

bus hic Poeta Didonem ita loquentem, Sæcul. XVI.  
ac Tyrios pro ulciscenda sua morte ex- A.C. 1589.  
citantem inducebat.

*Exoriare aliquis nostris ex ossibus  
ultor,*

*Virg.  
Æneid l. 4.*

*Qui face Valesios, ferroque sequare  
tyrannos.*

Porro hic Concionator latinum hoc  
nomem *Valesios* ponebat, cum Virgi-  
lius in suo carmine haberet *Dardanos*.

Nec minores tumultus utriusque *Gaufridi*  
*Guifii Principis tragica mors*, ejusque *hist. de Prov.*  
fama in ceteris Provinciis concitave- *t. 2. l. 13.*  
rat; quippe Aquensis civitas jamjam *pag. 652.*  
seditionem concitasset, nisi Vinus sua  
præsentia populum in officio continuif-  
set; ast tumultus ægre sopitus ob ora-  
tionem, quam Advocatus generalis in  
pleno confessu habuit, recrudescere cæ-  
pit, cum enim hic de caussa quadam  
privata perorans mentionem de Guisio-  
rum cæde ingereret, hocque facinus  
tanquam inhumanum parricidium, &  
fævitiam nunquam hucusque auditam  
detestaretur, atque tantopere hujus  
sceleris enormitatem exaggeraret, ut  
tanti facinoris horror omnium animos  
occuparet, ab omnibus Rex tanquam  
Tyrannus traducebatur, adeo, ut hoc  
nomine ab omnibus foederatis passim  
nuncuparetur: denique per universum  
Regnum

Sæcul. XVI. Regnum prædicationis sanctitate pro-  
A.C. 1589. fanata Concionatores veluti in rabiem  
acti contra hoc sui Principis facinus  
declamabant.

### §. LXXX.

*Catharina Medicæa Regis Mater  
vis erepta: ejusque indoles.*

*Thuan. hist.* Fervente adeo funesta rerum vicissi-  
l. 94. tudine haud amplius Blesensia co-  
*Brantom.* mitia continuari poterant, magis tu-  
*elog. Addit.* men ad illorum exitum properare co-  
*aux mem. de* gebat inopina mors Catharinæ Medi-  
*Castelln.* ceæ Reginæ Matris, quæ in Blesen-  
*t. 1. p. 281.* arce anno ætatis suæ septuagesimo di-  
*Davila l.9.* quinta Januarii e vivis excessit: pon-  
nata ea erat Florentiæ die decima ter-  
tia Aprilis anno salutis nostræ millesi-  
mo quingentesimo decimo nono: deca-  
tero haud diffiteri possumus, quod hæc  
Regina omnibus animi, corporis que-  
dotibus ornata, Majestate spectabilis  
auctoritate, animique celsitudine, que  
omnes fascinare poterat, insignis  
raraque, ac jucunda morum comitatu-  
clara extiterit: insuper excellebat in-  
genii sui amplitudine, mentisque per-  
spicacia, ac sublimitate, miraque in  
rebus gerendis dexteritate, necnon si-  
gulari animis pro arbitrio suo dominan-  
tudinem, ac magnitudinem, qua pro-  
mæ-